



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 14. Præcipit nobis Moyses lapidare. Fortis est, si velit, mulier & iustum
est vt seuerius, si sit inhonesta, puniatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

Prov. 22. 14. XVI. Adulterium signum reprobationis.

illud animo reuolueris: quid ago? Quem offendo? Congruè dixit Iob, vt superius expendimus: *Peccatum est cor meum, vos cordis cæcitas obtenebatur.* Tandè verbis illis sitimam hoc Salomoni: *Fons profunda et aliene, cuius iratus est Dominus incidet in eam.* Quàm tibi complures, quòd talem obtinueris, & ad tuam perduxeris ganeo voluntatem? Quàm præ gaudio subtilis, quòd pro libidine tua accessum habueris? O te malè fortunatum, ait Salomon, caue, tibi Dominus iratus est, & perdere te vult, cum in tam profundum permiserit te labi puteum. Tale peccatù quale Pharisæi & Scribæ crediderunt in fonte misericordie misericordiam non inuenturum: idcirco causam hanc producent, & manibus tradunt Christi finiendam. Prædicabat hoc nouam misericordiam, & amoris legem, veteris autè legis rigorem temperabat, aduocabat peccatores scelera omnia remittebat, modo videamus, conspirant illi, quid sit acturus: si si peccatum profectum quod impossibile sit ipse condonet, cum adeo graue sit, & in lege tam strictè punitum, quo quàm plurimum misericordie derogabitur prædicationi.

§. 14. Præcepit nobis Moyses lapidare. *Fortis est, si velit, mulier & iustum est vt seuerius, si sit in bonesta, puniatur.*

31. Cur mulier ex Adæ costata formata.

Obiciunt illi mulierem Redemptorè, quam insimulant: *Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.* Nimum lapide, nã fallor, rigorem, si mulier adultera lapidetur, porro si scortator lapidetur ex ratione est, quia vir est, & mulier tum fortitudine, tum sapientiã præstantior, mulier autè infirma, mollis, & te quilibet mobilis, à quo quæ seducitur. Rationi tamen est consentaneum: licet enim mulier infirma sit, nulla tamen adeo debilis, quæ vires ad id quod prærenditur non habeat fortissimas, Trutinat D. Aug. mulieris primæ formationem, quam Deus formauit ablatâ vtrâ cassâ ex corpore Adæ, & de hac illam adhecauit viraginem, ipsi vero Adæ pro ea quam tulerat costâ, carnem substituit. *Et replausit carnem pro ea.* Quid hoc Domine, cum sit mulier adeo debilis (quærit D. Aug.) non posses illam formare de fructu carnis Adæ? Et modo cum illud volueris, quandoquidem

vir robustus esse debeat cur vnam illi defigine costam, nec aliam supponis, sed pro ea replis carnem? Præclara hic D. Aug. notat mysteria porro quod statim omnibus occurrit, & manifestum est (a) sic illud, vt intelligas primum nullum esse virum ad eum virum, adeo fortem, adeo osseam, qui non aliqua labore carne molli, debili, & infirmitate. Hinc metus oritur sanctorum quos maxime à fortitudine laudamus, & causa pater, cur tantoperè se periculis timidi subduxerit: quandoquidem nullus sit, qui non aliquid habeat de carnis infirmitate.

Deinde vt intelligas secundò: nullam esse mulierem adeo mollem & flaccidam, quæ non possit, cum Dei adiutorio, esse fortissima, vt pollens viribus cunctas mundi, diaboli, carnisque superet potestates. Intere virginem duodenam sanctam Agnetem, cuius castitas tam grauem a filio præfecti Romani sustinuit molestiam D. mirare Ceciliam adeo magnanimè vt Valerianum, sponsum suum, & Tiburti fratrem eius pudicitie reddiderit amatores. D. autem Chrysol. harum virginum admiratus constanti, se ipsum & amicum suum Eutropium æternis verbis exortabat: *ingressa est puella, etate tenera anni matura & inuenta est se viri fortiorum laeua eius scenderet: si id tamen eius mouere non posset. Frequenter in tormis is caro defecit & vobis pædè nò defecit. Con ampru est corpus & mens, ad potuit inquirari Interius sub iâbia, & per se patista, sanctorum matre suspice Machabæo: u. c. - ius robur peccoris, tota imperatoris Antiochi feritas, nec ad punctum quidem valuit inclinare, quinimo hic omnibus fortior, oculis spectat aridis septem tormenta filiorum, quæ de causa eam D. Chrysolom. vocat septies martyrem, & celeberrimi Doctores Ecclesie tam Græcæ quàm Latinæ linguis omnibus mulieris adeo fortis celebrant dignè præconium. Ob mentis oculos tibi statue Felicitatem, cui cor erat adeo masculinum, vt eadem animi constanti septem filios suos tyrannica feritate immobilis videret enecari, cum ipsa martyr in eorum quolibet martyrium subiret: teste D. Gregor. hic similes numerantur innumeræ. Unde cum mille virgines licet in medium produceret, quæ vitam ne perderent inuitæ castitatem libentissimè perdidit. Susanna sit tibi exemplo, quàm constans ipsaque morte fortior.*

Karissimum vobis ex D. Hieronymo proponitur exemplum, quod cum adeo sit illustre, de muliere creuit ipse integram conscribere tractatum, de eam muliere

muliere septies icta, protestatos hoc illi esse adeo inuocandum, vt proponat omnem hunc narrando impendere Rethoris eloquentiam, sicut & facit. Casus hic contigit Verceilis, vbi mulier coniugata falso in crimen vocabatur adulterij cum adolescente commissi, comprehenduntur, in vincula conticiuntur, cruciati- bus adeo molstis exercentur, vt ipse iuuenis ostenderet sibi carnem esse infirmam, & magis tormenta, quam Deum formidare. Fatetur igitur ipse crimen commissum, numquam commissum: q' circa continuò mortis in eum fertur sententia. Hæc extoritur confessione, contra mulierem commissi criminis aucta probatio. Iterum torturæ subicitur, at crimen negat constantissimè! cumque omnes acclama- rent, vt commissum à se fateretur, quò citius tormentis eripiat, hoc vnicum agit, conuersa ad Christum enim in hæc verba tristis alloquitur: *Tues testis meus Domine testis cui occultum nihil est, qui es scrutator renum & cordis, non ideo me negare velle ne paream, sed ideo mentiri nolle ne peccem.* Præcipit ludet cruciati- bus addantur cruciatus, Colligantur ad palmam capilli capitis, extenditur in equule, pedibus ignis admoetur, stat illa inister aris tormenta despiciens, hoc sumit pro letamine, quòd oculos caelum versus dirigit. Instigant omnes tortorem, exerceat ilam acerbius: *Vna vox erat: eade vix, lacera.* Huius aurem hæc erat, crimen non dimisi. Grauius irrita- tur index, contumacem arbitratus hanc esse pertinaciam, nolle confiteri, quod sibi adeo videbatur manifestum, vnde sic ait: quid moramur? Numquid mulier hæc Deum, Imperatorem, iudicem, iustitiam, totumque mundum inconfessa deridebit? Morte moria- tur, huic sufficiens est criminis probatio: Mortis igitur contra innoxiam pronuntiatu- edictam, & quantocius ipsa & adolescens ad supplicium capite plectendi rapiuntur. Totus accurret mundus huius spectaculi spectator, iam omnia sententia parantur executioni. Qui inuenit ille: *Ad primum illum amputa- tur gladio caput, truncumque in suo sanguine vo- luitur cadaver.*

31 Accedit innocens mulier capite multanda, genua flectit, colli nuda ferienda proponit, oculus apertis carnicem videt, brachium et- tollentem, perstringunt oculos machera redij fulgentes, illa tamen solis instat, perstat ala- ceor. Tantò quantò potest impetulibrat car-

nifex ictum, & limato gladio collam ferit re- neram niveque candidus, at quasi à percusso reslit ictus adamante, Ictum reperit & percute- re videtur durissimam petram. Irritatus carnisæ vestem in humeros reuicit, viresque recolligit brachij, & ecce decidit illi de veste fibula aurea, nec adnerit: totus enim inuen- tus erat percussioni: verum illa paululum se demittit, fibulam colligit reddit carnicem, q' em sic affatur. *En tibi ex humero aurum ruit, collige ne pereat.* Quanta fortitudo, quanta femina securitas? Mortem illi inuentant, & ad carnisæ ictus alacris non expauescit tremis ipse, & irritatur, ipsa verò velut stella ful- gens irridiat, acie gladij oculi minime exhor- rescunt, quem collo suo videt crudeliter irruen- tem, aureum colligit harpaginem eius, qui illam occidit, nedum maximum sui damnum non exhorrescit, sed & de paruo reparando sollicita est alieo. Iterum iterumque percussit, nec maiorem vim habet ictus priore posterior. Sic septies reuicit, & septies percussit, quò viso miraculo, limatum scilicet non potuisse gladium, parum est collum, sed nec ceterum laderè condemnata, censerunt omnes mu- lierem sanctam & criminis innocentem, quam publica voce innoxiam omnes acclamarent. Hæc est, ita hæc est inuicta mulieris fortitu- do, & eo quidem casu, quò vir alioquin ro- bullus, animo concidens, expauescit.

Ad hæc factum consideremus & admiremur S. Virginis Euphasie Nicomedienis, quod refert Nicephorus Callixtus quæ nolens idolis thus adolere, negatque Christum, senten- tiam accepit illius pœnæ virginibus adeo terri- bilis, vt ad lapanar violanda duceretur: hic cum detineretur, adolescens accessit illi vir- ginis flore crepturus, quem vt illa con- spexit, sic alloquitur o' iuuenem nobilissimo noui vitæ tuæ tibi nihil esse carius, mihi crede, si me non tactam pretiosum, tantaque virtutis rependam adeo conuicta: hoc perunctus, tibi nocere non possit gladius licet exacutus, nec lancea transfoliens nec sagitta, qua po- test vi maxima contorta: hoc perunctus absque illo poteris periculo medias bellantium acres peruadere, & integras hostias aggredi phala- ges incolumis. Perplacet, inquit ille, si hoc mihi dederis vnguentum, & huius, quam dicis virtutis capiator experientia. Et ego ait illa consentio vt verò noueris, quàm ego de- hoc

Alud
D. Eu-
phrasie.
L. 7. hist.
e. 12. vi-
de Bar.
in Mar-
tyro 13.
Marty.



hoc sim secuta, in me capies si libet experientiam. Cere modicum, & olei mihi prepara: conuolat adolescens, illa hæc inter se permiscet, & componit vnguentum. En tibi illud; prius in me huius sumatur experientia, confert adolescens limatum gladium vt virtutem vnguenti discat experimento. Virgo sibi collum, sibi que guttur perungit, atque nunc igitur, qua potes, manu percute fortiori. Nihil trepidans, facit adolescens, & caput a collo dissecat. Quid agis Virgo prudentissima? Imo, quia talis est, hoc agit, quod agit. Primum offerre vult capus & vitam, quam vrgintatis & fidei in Christu part naufragio. Non enim aliud sibi videbar adesse remedium. Vel percedia mihi est puritas, qua Christo consecrata obtuli, vel caput & vita: potest hoc, est etenim minoris dani, & perditionis inferioris, iustum quippe est malum minus eligere, quod maius securus euitetur. Mirare fortitudinem, & animu inconcussu, vt nec vita exponere pro castitate dubitauerit. Huic annecte facinus beate Agnetis, tredecim annoru puella, qua coram carnice flecte capite punienda, ipsum terrefecit carnisicem: tremebat enim, & armatus licet gladio, istu tamẽ dare formidabat. Interim puella intrepida, sibi que costans, quasi de rebus ageret sibi gratissimis. Sicut eius martyrii elegantet expendit, vt alibi diximus D. Ambrosius. qui si militer luculenter probat Christianorum excellentiam longẽ præcurrere eam, de qua tantopertu for gentilitas profana gloriabatur, & in suis Philo sophias deprædicabat, quæ particulariter magnanimitatẽ, dictumque celebrabat Philosophi Calani, quod respondit Alexandro magno: Philosophorum poteris cremare corpora, at peccatoris robur non poteris enervare. Notat D. Ambrosius. *Præclara hæc fuisse verba, sed verba: nec ad opera pertuente; portò inter nos non in solis verbis consistit summa fortitudinis, sed ad opera transgreditur, & hoc nedum in viris barbatis, & corporis robore præstantibus, sed etiam in puellis & iunioribus & tenerioribus, cuius confirmationem, & huius Agnetis, aliarumque producit exempla: Apud nos autem & puellæ de mortis appetentia sublimes usque ad calu exere virtutum gradus. Quid Ibelem quid Agnem, quid Pelagiam loquar, quæ tamquam nobilitate lumina pullulantes ad mortem (quasi ad immortalitatem) festinauerunt? Inter leones virgo exultauit, & prædeutes bestias expellauit intrepida.*
Quis verbis explicet sanctoru fortitudinẽ feminarum, quas nobis S. Scriptura proponit admirandas? Quis animus formosæ Iahel, quæ metuens clauo ducis Sisaræ seuissimi tempora terebrauit, quo ex vulnere corruit interemptus? Quale pectus mulieris iniuicæ Debboræ, de qua ex industria D. Hieronymus perdoctum edidit tractatu: hæc enim, cum Dei populus ad hostis suorum paueret occursum, antesignana in acie stetit, cunctosque usque ad interuentionem deleuit mulier fortissima? Quis stratagema tale possit imaginari, quale virago illa Iudith est aggressa, perpetua feminarum gloria, quæ vincit comitata pedissequa totum tentauit euettere exercitum Assyriorum adeo numerosum, vt illi se totus libenter mundus subderet, & dexto Marte, faustoque omine victrix ac ciuitatem regredi ut? Nolim exempla profere gentiliu, quæ ad prodigium enarrantur. Vos ipsas, Domine, considerate. Fauet mihi Deus si quidquam femina desideret, arduum licet sit, mille periculis expositum quam illa pettat intrepida? Quis illi animus, quæ præsumptio: Quas non molitur machina? Quos non mouet lapides? Quibus se periculis exponit, quibus omnes collecti vici viribus languitudo se subducenter? Vires tibi sunt, si volueris, diuina roborata gratia. Si lapsa fueris, tibi impurandum, & vt fortis, iustum est lapidibus impudica præfocetis.

VI. Puella in Christi...

Enucleat D. Gregor. Nylsen. illa verba Domini, cum iam hominem crearet: *Faciamus eum hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. In quæstionem verret, an mulier similiter vt vir facta sit, ad imaginem Dei, cum Scriptura, hoc non referat, nec ad eius formationem dixerit Deus: *Faciamus mulierem ad imaginem & similitudinem nostram*. Verumtamen nulla hic uos premit difficultas (respondet D. Gregor.) quandoquidem, quoad animam, in qua homo Dei refert imaginem, mulier eiusdem sit nature & conditionis, proinde tam Dei capax quam vir & virtutum diuinæque gratiæ: *Et mulier perinde atque vir ad imaginem Dei facta est, eundem honorem habent amba natura: paræ virtutes, eadem certamina, idem iudicium.* Si mihi obieceris: mulier infirma est respectu deo, quoad carnem, concedo: quoad spiritum, nego: *Ne dixeris: sum imbecilla: imbecillitas in carne est, in animo autem vis ac robur*: Particulari autem consilio (loquitur Moyses præfatus auctor) diuina sapientia carnis infirmitati dedit infirmitatem, cum enim ex se fuisset perba sic illa habere conueniebat in se principiu humilia iust.

3. GRE. humilitatis: *Non temerè mulieri data est millitudo sed ut ad humilitatē facilius sit ad misericordiam propensior.* In his autem que corporis vires requirunt, habere potest non minores quam vir robustissimus, imo fortiores aliquando in mulieribus illas invenimus: *In rebus autem que fortitudinem possulant robusta est in vigily, in laboribus constans.* Quando potest hominis natura cum femina fortiter vitæ agentis natura contendere? Quando potest homo firmam mulierum incontinentiam imitare? Quando potest equare sedulum in precationibus studium? *Piam ad lachrimandum propensionem, & pro nam ad bene merendum facilitatem?* Ad huius confirmationem, eius adducit exemplum, quam probè noverat.

§. 15. *Sequuntur illi iniustam mundi consuetudinem, adulteras, & non adulteros condemnantes.*

33. **A**dducunt mulierem. Familiaris est hæc questio: quid factū de adultero? Manicestū est (inquit D. Hier.) si fuerit adulterium, duos interentse. Dicoit aliqui quàm primum tumultum percepit indagantium fugit, aut ex diligentia, aut ex astutia, aut armis se defendit, & exsilit, eripit, evasit, miseram deferens satellitum manibus capiendam. Loquitur de scortatore Iob, aitque: hæc tota eius fiducia est, non videbor non capiatur: porro si periculum immineat, tantà festinus fugit diligentia, ut super aquas ambulare videatur: *Lævis est super faciem aqua.* Declarant hoc aliqui, quod sit velut navis, quæ tanta velocitate aquæ superficiem percurrit, ut ventos assequi videatur. Alij verò q. d. quando detegitur, fugit, & tam festinè se proripit, ut pedes suos in terra non defigat quasi qui super aquas graderetur: estque hoc tam frequens, ut seniores illi Sufano genecones hæc obtenderint rationem quòd adulterum, quem dicebant cum ipsa reperisse, captivum non adduxerint: *Illum quidem non quisimus comprehendere quia fortior nobis erat, & apertis ostiis exsilit.*

Epist. 48. *Hic cõgruè D. Hier. improperat Sabitanum ad Sabitanum Romæ stuprum, pariter suam diligentiam, quâ volens illud patrare se præsumit: primum attendens, quâ sibi posset fugâ consolare, si forsan ab aliis quareretur sicut reuera contigit, circum iustitiæ apparitores, dum*

crimen diligenter inuestigant, ipse per secreta quædam avia clanculum preparatâ fugâ saluus evasit, deferens adulteram iustitiæ manibus apprehensam: *Per quosdam cuniculos, dum illa teneretur eripit.* Hæc est illa merces, quam vobis rependunt, heu infelicissimæ: licet enim millia vobis dent verba dilectionis, quod vitâ suâ vos habeant chariores quòd facient, hæc & illa, quòd morientur vestri gratiâ & centum si haberent vitas exponerent, verè verba dant, cum ad exortum vel minimam vitæ periculum vos luto defixas irrideant, quod solæ calcare debeatis: quinimo & vobis omnem adferunt culpam, dicentes: vos me provocastis, me vos advocastis.

Exemplo tibi sit (inquit D. Bernardus) *Serm. 2. primæ Eva mulier. Quis blanditias expleret, quis lenimèta, quibus Adam uxorem Enam recreabat, quis promissa adeo singularia, quibus eius excitabat animum? Videt illam iam creatam & illico in pulchritudinis eius excurrit encomium, ablanditur quod illam ut seipsum amaret, quia de carne sua & de ossibus suis formata surrexerat: promittit illi se eius gratiâ libenter quicquid in mundo esset, relinquere, etiam patrem aut matrem si illos haberet progenitores: *Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem &c.* Mirare (monet D. Bernardus) blanditias, mirare sponsione: *Videamus nunc quantum diligit eam.* Sumpto iam arboris vitæ fructu, adolat Deus, ut index superius contra reum expositus, Confestim in fugam se abripit & abscondit: tandem à Deo inventos, quem nihil potest fugere nihil latere, & ab eo de transgresso præcepto reprehensus, supplicium præcauens, respondet: Domine mihi non mihi hoc imputetur, culpâ admisit mulier, illa mihi persuasit, illa provocavit, & cum illa me: fuerit origo peccati, illa sic suadet equitas, totam loat malè suada penam: *Mulier quam dedit mihi sociam, dedit mihi de ligno illanc sunt ergo promissa, quæ sponsæ confirmasti: Illane verba quæ iorasti: Hæc quotidiana monent fabula risum quot videmus quibus hæc quotidie contingunt? Ne insipientium more traducamini, ne verbis fidatis, quibus vobis adulantur, tandem vos ignominiose delusas deferent.**

Gen. 2 24
D. BER.
II.
Adam in
Eva reitit
cit culpâ.
Gen. 3 13
illanc
Gen. 3 13

Opinantur alij, quòd & sic esse potuit, quòd adulter muneribus iustitiæ ministros corruerit, quibus cum singulis aliquot aureos donasset, illi ipsi locum dederit fugiendi, quò nihil est